

DIE I. MART.

B. MARIE V. DE CUBIS.

Simplex.

LECTIO 4.

Balingh. Kalend. marian. sub hâc die.

Anno millesimo quadringentesimo quadregesimo nono, sub hâc die et octo sequentibus apparuit Deiparæ cuidam puellæ porcos pascenti in quodam loco proximo villæ dictæ Cubas, quinque milliariis distito à Matritio in Hispaniâ: quarum apparitionum festivitas annuè magno hominum concursu ibi celebratur. Tu. 4.

LECTIO 2.

Erât autem ista puella Ives dicta, admodum amans beatæ Virginis, cui Virgo præcepit, significaret populo loci, ubi ipsamet crucem fixerat, extrueretur templum in ejus honorem. Quod summâ diligentia intra annum perfectum est, in quo et innumera miracula ad Deiparæ preces facta sunt. Templo additum est monasterium Religiosorum Ordinis tertii Sancti Francisci, quod ingressa est Beata Joanna à Cruce in quo et floruit virtutibus et sanctitate. Tu.

LECTIO 3.

Commem. B. V. Taracensis à Castro.

Ex Pugeto in Historiis Dep.

In Urbe Tarasci in Provinciâ devotissimè colitur Imago miraculosa Beatæ Virginis, quæ decimo quinto sæculo à Brianzone traditur allata, vel à quodam Huberto eremita, ac prius in sacello, quod erat ante castrum, à quo nomen accepit, collocata, postea in aliud elegantius ipsi structum in alpinarum monte duobus fermè ab urbe leucis fuit

deducta. Quotannis solemnissimâ pompâ Tarasum defertur, ubi et quadraginta diebus summo cordium fervore, maximâque devotiorum frequentia honoratur: quibus transactis iterum ad sacellum alpinarum transportatur. Sanctissima Effigies lignea est, puerum brachio sustinens, pretiosissimis induta vestibus à pietate fidelium. Tu. Te Martem.

Vesper. de sequenti.

DIE II. MART.

VITÆ INTERIORIS B. M. V.

Dplex majus.

IN I. VESPER.

4. Elegit eam Deus. 4. In habitaculum sibi.

Ad Magnif. ant. Elevavit me spiritus et introduxit me in atrium interius, et ecce repleta erat gloria Domini Domus.

Oratio.

Deus qui Beatam MARIAM semper Virginem spiritualibus gratiæ donis cumulando, eam imaginî Filii tui mirabiliter conformem effecisti: concede, ut fidei virtutum ipsius imitatione, Christum in nobis exprimerè valeamus. Qui tecum.

AD MATUTIN.

Invitat. Exaltavit Spiritus meus in Deo salutari meo.

Lect. 1. Noct. de Comm. Vitæ contempt.

IN II. NOCT.

Ex libro S. Ambrosii Ep. de Virginibus. *Libr. 2.*

LECTIO 4.

Uit vobis tanquam in imagine descripta Virginilas, vitæque Beatæ MARIE de qua velut in speculo refulget species castitatis et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquam in exem-

plari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discondi ardor nobilitas est magistri? Quid nobilissimæ Matre Dei? Quid splendidius eâ, quam splendor elegit? Quid castius eâ, quæ corpus sine corporis corruptione generavit? Tu. 4.

LECTIO 5.

Nam de cæteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiâ mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulatoreretur affectum. Corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcius, legendi studiosior, sed in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens: intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita, non hominem, sed Deum querere: nullum lacerare, bene velle omnibus, assurgere majoribus natu, æqualibus non videre, fingere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Tu. 4.

LECTIO 6.

Quando ista vel vultu læsile parentes? quando disensit à propinquis? quando fastidivit humilem? quando dirisit debilem? Quando vitavit inopem? Eos solos solita cæcus virorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteritit verecundia. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis proæx, nihil in actu inverecundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Tu. 4.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 31.

In illo tempore: Descendit JESUS cum Parentibus ejus, et venit

Nazareth, erat et subditus illis. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

Homil. IX. in Luc. c. 10.

Quam magna multitudo dulcedinis Dei fuit in beatâ Virgine, quando Spiritus Sanctus super eam venit, et virtus Altissimi obumbravit eam, et de eodem Spiritu Sancto concepit? Quid de Deo ven sapiebat, in quâ sapientia Dei latebat, et in cujus utero corpus sibi apudabat? *Lect. 8.* Christus est, ait Apostolus, Dei virtus, et Dei sapientia, et in eomnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi: Christus autem in MARIA. Ergo Dei virtus, et Dei sapientia, et omnes thesauri sapientiæ et scientiæ Dei in MARIA. Tu. 4.

LECTIO 8. (Lect. 9.)

Hæc conservabat omnia verba Angelorum Pastorum, Magarum, nec non ipsius Filii sui, conferens in corde suo. Nemo unquam sicut ipsa gustavit, quam suavis est Dominus. Inebriabatur ab ubertate domus Dei, et torrente voluptatis ejus potabatur. Nec mirum, quoniam apud eam, in omnia eam erat fons vite, de quo manabat cuncta perfectio atrisque vite. Tu.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Foroliviensis.

Spinelci p. 693.

Forolivi in Æmiliâ, apud Collegii Societatis JESU templum, super aram maximam asservatur celebre in eâ regione Deiparæ filium in gremio foventis simulacrum è ligno, cubitali ferè magnitudine, in cujus tergo aliquantulum excavato, non exigua pars vestis ejusdem Deiparæ inclusa reconditur. Eâ Imago olim Brunsvichii in Germaniâ vetustis fuit nobilitata miraculis, ubi in Silvâ à nobili quodam Equite fe-

ras agitante in trunco arboris pervetusio reperta fuit, et in templo ubidem cum opulento virginum cubo exadificato reposita. Verum utheranâ grassante hæresi, cum non eo quo par erat honore haberetur, Forliviâ auctoritate Erii Ducis Brunsviensis translata, magnâ confluentium veneratione colitur, ubi etiâ pluribus coruscant miraculis. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Ep.
Spec. B. V. Lect. 14.

477. Pulchritudo vitæ et morum MARLE tanta fuit, ut meriti in Canticis de ipsâ dici possit: Tota pulchra es, Amica mea. Pulchra utique in vitâ, pulchra in morum disciplinâ, et tota pulchra: tota, ceterâ tota. Tu.

Cum 2. *Vesper.*

DIE III. MART.

B. M. V. DE OLIVARIO.

Simplex.

LECTIO 1.

Lanusa. Histor. Arag. l. 2. c. 33.
In pago Esterquello non longè à Montalbano in Aragoniâ, Templum es Divæ Virginis sub titulo de Olivario ab Egidio de Sestroillo Barone Esterquelli decimo sexto sæculo excitatum. Hujus autem templi hæc fuit origo: quendam Petrus Nobes, vir pius, cui gregum Egidii cura erat, de nocte super agmina vigilans, splendidam lucem, olivarum sui Domini agrum illuminantem, et in medio lucis super olivæ arborem Deiparam sedentem conspexit, à quâ et mandatam accepit, ut Esterquellianis apparitionem nuntiaret: nec manum à facie (hoc enim erat signum ipsi præstitum) movere potuit, donec ejus verbis populus credidit. Tu.

¶ Egidius sacræ fundavit templum MARLE, * Nox ubi vieta fuit, semper habendo diem. †. Celestis dono, quo micat aula Dei.—Nox.

LECTIO 2.

Vulgatâ igitur prodigii famâ supplicatio ordinator, et beate Virginis Imago in Esterquelli Ecclesiam trasferitur, et iterum nocte adolivam ipsa revertitur. Quarè Egidius in apparitionis loco Sacellum erigi curavit, notâ Virginis voluntate: et Jacobus Aragoniæ Rex novum templum formâ valde magnificentium, et juxta templum cænobium pro patribus de Mercede adificavit. Ara major est ante arborem, in quâ Diva Virgo apparuit, et Sanctissima ejus Imago inter duos olivæ ramos in eodem altari reposita. Miracula ibi plurima fiunt, insensate isti devotio. Tu.

¶ Petrus Nobesius vigilans super agmina Pastor, * Tam prece quam voto dat placitura Deo... †. Muneribus sacris dotasti altaria Christi.—Tam.—Gloria.—Tam.

LECTIO 3.

Comm. B. V. Venetianæ à Sanitate.

Ex Pougeto in Histor. Imag. Deip. Venetis celebris est Imago Beate Virginis, cui nomen de Sanitate: sanè antiquissima est, nam à Cretensi Insulâ, ubi in Ecclesiâ Sancti Titi ab antiquo colebatur, delata fuit Venetiam, Insulam vastantibus Turcis. Anno verò millesimo sexcentesimo trigesimo primo in Templo ipsi à fundamentis à Senatu populoque Venetiano erecto in gratiarum actionem ob liberatam à peste urbem per Virginem locata fuit, à Sanitate nomine accepto, ubi et hodiè clara miraculis magnâ devotione frequentatur. Tu. Te Matrem.

Vesperæ sequentis.

DIE IV. MART.

PRUDENTIÆ B. M. V. •

Duplex.

In utrisque Vesper. Ad Magnific. ant. Virgo prudentissima! quò progredieris, quasi aurora valde rutilans? Filia Sion, tota formosa et suaviss es, pulchra ut luna, electa ut sol.

Oratio.

Dirige, quæsumus Domine, omnes actus nostros in beneplacito tuo, ut qui Prudentiam sanctissimæ Genitricis tuæ devotè recolimus, in omnibus ipsam imitari valeamus. Qui vivis et regnas.

AD MATUTIN-

Lectio. de Scripturâ Fili mi. ut in Ferris IV. Infantie c. 66.

IN II. NOCT.

Sermo S. Antonini Arch. Florentini.
De B. V. c. 17. §. 4.

LECTIO 4.

De prudentiâ Beatæ MARLE canit Ecclesia: Quo progredieris, Virgo prudentissima? Prudentèr conservabat omnia verba hæc, quæ de Filio dicebantur parvulo, in corde suo, scilicet cum his, quæ scripta erant de eo, ut dicit Beda. Prudentèr occultabat diabolo suam virginitatem. Prudentèr evasit persecutionem Herodis fugiens in Egyptum cum eo. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Qui moderatur labia sua prudentissimus est, inquit Salomon in Proverbiis. Nulla autem pura creatura ita moderata est, nam panca reperitur locuta, et valde rationabilia et utilia. Cum angelo breviter, interrogando de modo ejus quod sibi nuntiavit. Et hoc intellecto, voluntati ejus se totam subdendo. Ecce, inquit, ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Cum Filio autem pro defectu vini postularo, cum ait: vinum non habent, et ad ministros ad obedientiam ejus exhortando, cum ait: Quodcumque vobis dixerit, facite. Et iterum Filio invento in templo ait: Fili, quid fecisti nobis sic? Pater tuus et ego dolentes, quærebamus te. Diffasè autem cum Deo locuta est, quandò canticum Deo gratias agendo edidit. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 28.

In illo tempore: Ingressus angelus ad MARIAM dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Conc. in 1. in Ann. B. V. M.
Cogitabat, inquit, qualis esset ista salutatio. Cogitabat, inquam, ut prudentissima, ut disertissima, ut sapientissima, ne fortè aliquò dihidiretur præstigio, eloquium animæ subtili mentis examine ponderabat, ne autem faciliè crederet, et illud derideret, aut cunctantius hæret, et eniparetur. Non facile credidit MARIA angelo loquenti, qui levitèr credidit Mater Eva serpenti. Tu. ¶.

Benedict. Cujus Prudentiam.

LECTIO 8.

O bone Deus, femine femina quid præstat? Poterat namque Evam intentæ fraudis colubri commovere figura, si mens non lava fuisset. Quid enim à serpente splecare poterat, nisi virus? Non agni aut ovium speciem diaboli assumere permisit, non vultu angeli splendore corusco, ne esset potestas in fraude, excusatio in credulitate. Competentem sibi figuram assumpserrat zabalus, et quæ intus latentis nequitie, exterius præberet indicia.

Sed dum citò credidit femina levis, neque virulenta colubri verba discrevit, seipsam universamque generis sui posteritatem celerius prodidit. Tu. ¶.

LECTIO 9.

Nequè enim difficile esset deprehendere fraudem, si profanum ejus attendisset sermonem. Cur, inquit, præcepit vobis Deus: imò cur non præcipiat, Deus ò miser, qui omnium est Dominus. Cur, ò maledicte, non se Dominum monstret Deus omnium quæ condidit verbo? Quid insolentius? Quid prociacius, quam ab omnium conditore Domino dati præcepti rationem perquirere? Jussiois injuncte causam expetere? Non tale quiddam angelus sonauerat Virgini, sed gratiam præfatus, Dominum adesse dicebat. Tamen Virgo prudentissima, tam decore aspectui, tam pio affatui non facile præbet assensum. Sed cogitabat, inquit, qualis esset ista saluatio. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Prudentia meæ inclinate aurem vestram, ut multiplicentur vobis anni vite.

¶. ¶. br. Virgo prudentissima.

CANON.

Ex D. Thoma Arch. Valentino. *In festo Natal. Dom. Conc. 1. n. 2. 478.* «MARIA» Virgo lenera et graviora, Virgo publici nescia, domi assueta, Virgo super omnes feminas Prudentissima.

Cum. 2. Vesper.

DIE VI. MART.

REVERSION. B. M. V. DE ÆGYPTO.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

CAPITULUM *Matth. 2. 20.*

Surge, et accipe Puerum, et Matrem ejus, et vade in terram Israel,

defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. *Hymn. et 7. de Comm.*

Ad Magnif. ant. Adimpletum est, quod dictum fuit à Domino per prophetam: ex Ægypto vocavi Filium meum.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui familiam tuam ex Ægypto vocasti, et in terram Israel incolumem reduxisti: concede propitius, ut qui super hæc terram peregrini non habentes manentem civitatem, futuram inquirimus, cum JESU, MARIA et JOSEPH ad cælestem patriam pervenire valeamus. Per eundem Dominum.

AD MATUTIN.

Inviditor. Christum redeuntem de Ægypto. Venite, adoremus.

HYMNUS 215. *Sec. ab Ho.*

Angelus at denuò cælesti
Missus ab aulâ,
Nuntius et celer
Herodis obitus atri.

Dixit ut exires Ægypto
Protinus almâ
Prole, et è conspectu
Raptus in alta fuit.

Fidelis et Domino parere
Ancilla parata,
Quod tristis pridem iter,
Nunc modò læta facis.

Vix veneras vitrix Averni,
Virgo MARIA:
Nazareth, lætitiæ fertur
Ad astra sonus.

Gloria summa Patri,
Sit par tibi gloria Nate:
Gloria sit compar,
Spiritus almæ, tibi. Amen.

IN I. NOCT.

De Osæâ Prophetâ.

LECTIO 1. c. 11. 1.

Sicut manè transit, pertransiit Rex Israel. Quia puer Israel, et dilexi eum: et ex Ægypto vocavi filium

meum. Vocaverunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, et simulacris sacrificabant. Tu.

¶. Adimpletum est, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum. ¶. Surge JOSEPH, accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel.—Ex Ægypto.

LECTIO 2.

Et ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachiis meis: et nescierunt, quòd curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: et ero eis quasi exaltans jugum super maxillas eorum: et declinavi ad eos, ut vesceretur. Tu.

¶. Surge et accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel. ¶. Defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri.—Et.

LECTIO 3.

Non revertetur in terram Ægypti, et Assur ipse Rex ejus: quoniam noluerunt converti. Cæpit gladius in civitatibus ejus, et consummet electos ejus, et comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum: jugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. Tu.

¶. Consurgens JOSEPH, accepit Puerum et Matrem ejus, et venit in terram Israel. ¶. Obedivit statim voci angeli.—Et.—Gloria.—Et venit.

IN II. NOCT.

Sermo S. Simeonis Metaphrastes.

Vel alius auctor. *Serm. de B. V.*

LECTIO 4.

Postquam autem excessit Herodes ex humanis, Angelus in somnis JOSEPHO apparuit in Ægypto, et jubet Infantem accipere, et proficisci in terram Israel. Quàm multæ, ò Christi Mater, fuerunt tibi

casuum inæqualitates? Quàm multæ rerum mutationes? Ecce enim rursus quidem fuisi soluta ab exilio, et ad propriam reverteter regionem, et eum, qui tibi malefacerò aggressus fuerat, Ipsa potius vidisti male perissee. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Cum domum autem venisses, rursus invenis malorum successione, et vides filium tyranni, qui fuit tui Filii (proh dolor) insidiator, pro eo regnantem. Sed rogarerit quispiam ex studiosis: quomodò Archæus Judææ imperabat, Pontio Pilato (tunc Presidente)? Nunquid nuper deceisset Herodes, et nondum in multa regnum esset divisum, illius Filiius interea habebat imperium? Tu. ¶.

LECTIO 6.

Non est autem Evangelistæ supervacanea Patris quoquè adjectio. Pro Herode, inquit, patre ejus: ut scilicet à fratre distingueretur, ut qui ipse quoquè Herodes vocaretur similiter. Venit ergò JOSEPH Nazareth, ut qui in somnis responsum accepisset, ita enim divinus ait Matthæus, simul et periculum fugiens, et volens habitare in patria. Ut autem magis posset confidere, responsum accepit à Patre. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

LECTIO 5. Evangelii secundum Matthæum.

c. 2. 19.

In illo tempore: Defuncto Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis JOSEPH in Ægypto. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Comm. in Matthæum.

Ex hoc loco intelligitur non solum Herodes, sed et Sacerdotes et Scribas eodem tempore necem Domini

fuisse meditato. Qui consurgens accepit Puerum et Matrem ejus: Non dixit: accepit filium suum et uxorem suam, sed Puerum et Matrem ejus, quasi nutritius, non maritus. Tu. η .

LECTIO 8.

Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Multi labuntur errore propter ignorantiam historiarum, putantes eundem esse Herodem, à quo in passione nunc Dominus irridetur, et qui nunc mortuus esse referatur. Ergò Herodes ille, qui cum Pilato postea amicitias fecit, hujus Herodes filius est, frater Archelai. Tu. η .

LECTIO 9.

Quoniam Nazareus vocabitur. Si fixum de Scripturis possisset exemplum, nunquam diceret: Quod dictum est per prophetas; sed simpliciter; quod dictum est per prophetam. Nunc autem pluraliter prophetas vocans, ostendit se non verba de Scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazareus, Sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat. Tu. Te Matrem.

In Laud. et in 2. Vesper. Capit. de 1. Vesper.

Ad Benedict. et ad Magnif. ant. Admonit. JOSEPH in somnis secessit in partes Galilææ; et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth, eo quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre ejus.

CANON.

Ex S. Joanne Chrysostomo. Cop. 2. *Matth. Homil. 2.* 179. Eunte MARIA in Ægyptum, et redente, nisi desponsata JOSEPH fuisset, quis ministerium ei tantæ necessitatis impleret? Nam

in primâ quidem facie MARIA Puerum nutrebat, JOSEPH conservabat. Reverâ autem Puer et Matrem nutrebat, et JOSEPH tutabatur. Tu.

Cum secund. Vesper.

DIE VII. MART.

D. VIRG. SALEMITANÆ.

Simplex.

LECTIO 1.

Octav. Cajet. de effigie. Siculis Templum Salemitanæ Virginis quod à Latoniis dicitur à non procal distantibus Latoniis prope oppidum Salemem in Sicilia erectum fuit circa annum millesimum quingentesimum. In eo depicta Imago annuntiata ab Angelo Virginis in ipso pariete visitur, quæ tertio idus Maji, anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto magnum edidit prodigium. Cum enim paupercula peperisset, nec lac in uberibus esset ad infantulum nutriendum, omni opo destituta, puero jam ob inopiam in ulnis afflante animam, ad Deiparam confugere statuit, ac septies templum Virginis Annuntiatæ inviser. Tu. η .

LECTIO 2.

Eo igitur itinere suscepto, invisâque jam semel Virgine, ab ipsâ enixè lactis gratiam expetiit: obstaculo etiâ est per ea ubera, quæ omnium Conditori cibum præbuere. Non passa irritas fandi preces hujusmodi alma Mater: nam per quietem illi pauperi mulieri astitit, quæ sicca ubera pressabat manu, et lac exillis in vasculum defluebat. Esperrecta ad id mulier, lacte manantia sensit ubera, in ipso lecto. Festum diem divæ Virginis celebrant oppidani Octavo Kalendas Aprilis. Tu. η .

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Guimaravensis de Olivâ.

Gumpenb. 976.

Joannes Primus Rex Lusitanæ ad honorem Deiparæ tria molitus est templa: primum Bataliæ, cui à Victoriâ nomen dedit: alterum Olysiptone, quod de Scalâ vocavit: tertium Guimaravii, cui cognomen tum de Olivâ dedit, quæ fornicum proximo innacens in honoribus est. Hoc Rex bis peregrinus visitavit, tantumque argenti Deiparæ dedit, quantum opus erat ad pondus æquandum sui corporis cum catractus incederet. Victorias huic Deiparentis Statuæ adscribebat. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequent.

DIE VIII. MART.

SS. CAPILLORUM B. M. V.

Dupl. majus.

Ad Magnific. ant. Caput tuum sicut Carmelus, et comæ capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus.

Oratio.

Dirige, quæsumus, Domine, cogitationes nostras in beneplacito tuo, ut qui sanctissimos Capillos Genitricis tuæ devotè veneramus, mentes nostras continuo in te intentas habere possimus. Qui vivis.

Lectio. 1. Noct. de Communi.

IN II. NOCT.

De Epistolâ Osmundi Ep. Asturicensis ad Idam comitissam Bononiensem.

Exlat inter vetera analecta Mabillon.

LECTIO 4.

Quoniam, tua summa prudentia investigare, insuper invenire desiderat, qualiter civitas Astorica Reliquias tantas capillorum Sanctæ MARIE Dei Genitricis habuerit, et undè invenerit, sanctæ petitioni tuæ

et investigationi piissimæ satagere, prout in sententiis librorum nostrorum invenimus, sub brevitate deprecimus. Invenimus namquè, quòd persecutione gentilium urgente Jerosolymam, septem Discipuli Torquatus et Icius cum cæteris quinque Hispaniam navigarent, deferentes eas, et alias quam plurimas usque Tulem pervenerunt. Rex verò Hispaniæ, et omnis populus ejus honorificè susceperunt eas, et in magnâ reverentiâ lacti eas, sicut decebat habuerunt. Tu. η .

LECTIO 6.

Cumque iterum gens Sarracenorum Hispaniam perurgeret, Episcopi et omnes viri Religiosi ad nostras alpes, videlicet Asturicensis, quæ ab Astoricâ habent nomen, confugerunt, et quidquid præcipuum ducebant, asportaverunt, et in civitate nostrâ Astoricâ, atque Oveto omnia recondiderunt. Nos verò posteri sic eas habentes, et præcepto nostri Regis, videlicet, Adefonsi, non obviantes, misimus vobis de melioribus et dignioribus magnam partem, obsecrantes, ut sitis memoratrix Astoricensis Ecclesia: Valetè, Rex verò Adefonsus hanc cartam scripam circiter annum millesimum, quinquagesimum nonum, vidit, et legi, et quæcumque scripta sunt, propriâ manu confirmavit. Tu. η .

LECTIO 6.

Gumpenb. Imag. 895.

Sanctissimi Capilli Beatæ Virginis multo in templis asservantur, et maximo afficiuntur cultu, quos creditum est hactenus à Sanctâ Veronicâ unâ cum Sancto Sudario Romam allatos tempore Tyberii. In Sicilia regno in urbe Plasaa, in Bavarîâ in monasterio Beatæ Virginis Elatensi: in Hispaniâ Oveti, in Galliâ Trevis et Anniciis, in Belgio, Aquisgran, Brugis et alibi, in ma-

ximâ veneratione sunt. Romæ etiâ plurimis asseruantur Ecclesis: scribit Onophrius Sanctam Helenam templo Sanctæ Crucis in Ierusalem, quod in urbe Romæ ipsa struxit, inter alias reliquias reposuisse partem Sanctorum Capillorum Beatæ Virginis: et Pancirollus quam plaurima nominal templa, quibus eos asseruari Romæ, asserit. Tu. §.

IN III. NOCT.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni Ep.

De laudib. B. V. libr. 5. c. 2.

n. 4.

Benè autem cogitationes Virginis comis comparabiles sunt, et capillis, propter multas proprietates capillorum. Capilli MARIE, id est, cogitationes sunt graciles humilitate, molles benignitate, flexibiles obedientiâ et compassione, exangues sine carnali affectione, insensibiles patientiâ lenitate, subtiles ineffabili Deitatis contemplatione, tennes voluntariâ paupertate, macillenti et abstinentiâ et sobrietate, longi perseveranti finalitate, insoneri non remurmurantes in tribulatione, rotundi æternitatis desiderio et amore, jugiter crescentes continuâ meditatione, quandoque se erigentes æternorum inquisitione, cœlestium contemplatione, intentionis rectitudine. Ideo comparantur comæ ejus elatis palmarum. Tu. §.

LECTIO 8.

Quandoque se demittentes supinis discussione, quandoque crispantes, quandoque super humeros defluentes, id est, deorsum fluentes piâ

compassione, quando simul constructi studio discipline: sæpius abluti lacrymosâ et devotâ Filii et cœlestium compassione: pexi et discriminati, ordinalissimâ discretione: undè cogitabat qualis esset ista salutatio. Ecce discretio. In capite, id est, Christo capite aereo, radicali fide spe et charitate. Ipsi capiti immediate adherentes sincera dilectione, quæ amantem unit amato, ab ipso capite inferius dependentes verâ humilitate. Ipsum caput, à quo oriuntur, id est, Christum præcipuè adorantes gloriosâ magnificatione, et calefacientes piâ oratione. MARIA enim est Abisag, quæ pedes, id est, affectus viri David frigescentes calefacit ad amorem nostrum. Quandoque in tricam collecti Trinitatis et unitatis fide. Quandoque mitrâ, vel peplio, vel capitegio coereciti secretorum cordis absconsione. Tu. §.

LECTIO 9.

Fulvi, crocei, sive aurei per charitatem, candidi vel quasi argentei per castitatem. Nigri et quasi corvini per penitentiam et dolorem. Quasi cæscentes per sapientiam, maxime quando post Filii ascensionem contulit cum apostolis de veritate, et totâ serie evangelii. Quasi rutilantes per Filii patientis amarissimam compassionem, et ipsius passionis jngem recordationem: quasi enim unctæ erant cogitationes Virginis in semper recenti memoriâ dominicæ passionis. Hujusmodi capillis, id est, meditationibus, et cogitationibus sanctis ornabatur coram Deo mens ipsius Beatæ Virginis, et erat magna pars illius internæ puritatis, quam Rex regum Christus Dominus concipivit, et dilexit. Item in his capillis caput ipsius, id est, mens ab omni frigore infidelitatis, et ab omni

zstu cujuslibet concupiscentiæ protegebatur, et horum gratia ipsi Deo, Trinitati, et sanctis Angelis amabilis habebatur. Tu. Te Matrem.

Cum secundis Vesper.

DIE IX. MARTII.

PROFECTION. B. V. IN JERUSAL.

Duplex.

Non propria de comm. pro tempore.

AD MATUTIN.

De libro Exodi.

LECTIO 1. c. 23. 14.

Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabit. Solemnitatem Azymorum custodies. Septem diebus comedes Azyma, sicut præcepi tibi tempore mensis novorum, quando egressus es de Ægypto: non apparebis in conspectu meo vacuus. Tu. §.

LECTIO 2.

Ei solemnitatem messis primitivorum operis tui, quæcumque seminaveris in agro. Solemnitatem quæ in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum coram Domino Deo tuo. Tu. §.

LECTIO 3. Dent. 16. 16.

Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit in solemnitate azymorum, in solemnitate Hebdomadum, et in solemnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus: sed offeret unusquisque secundum quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei sui, quem dederit ei. Tu. §.

IN II. NOCT.

Sermo S. Ambrosii Episcopi.

De Virginit. libr. 2.

LECTIO 4.

Quamvis Mater Domini Beata Vir-

go, discere tamen præcepta Domini desiderabat, et quæ Deum generat, Deum tamen scire cupiebat. Quid quomodo vita omnibus ibat in Jerusalem solemnè die Paschæ, et ibat cum JOSEPH? Ubiquè in Virgine comes singularium virtutum est pudor. Tu. §.

LECTIO 5.

Hic individuus esse debet virginitatis, sine quo non potest esse virginitas. Nec ad templum igitur MARIA sine pudoris sui custode processit. Hæc est Imago Virginitatis. Talis enim fuit MARIA, ut ejus unicus vita omnium disciplina sit. Si igitur auctor non displicet, opus probetur, ut quæcumque sibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum. Tu. §.

LECTIO 6.

Quantæ in unâ Virgine species virtutum emicuit? Secretum verecundiæ, vexillum fidei, devotionis obsequium, Virgo intra domum, comes ad ministerium, Mater ad templum. O quantis illa Virginitibus occurrit! Quantis complexa ad Dominum trahet dicens: hæc thorum Filii mei: hæc thalamus nuptiales immaculat servabit pudore! Tu.

IN III. NOCT.

LECTIO S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 41.

In illo tempore: Ibant Parentes JESU per omnes annos in Jerusalem in die solemnè Paschæ. Et reliqua.

Homilia D. Eusebii Episcopi.

Lom. 1. post Epiph. Serm. Bibliot. mar. P. P. t. 5. p. 1.

Dixit modò in proximo superiori versus Evangelista, quia ibant Parentes ejus per omnes annos in Jerusalem in die solemnè Paschæ. Religiosi parentes per annos singulos ibant in Jerusalem, ut legem audirent, sacrificiis participarent,

solemnitatibus interessent, et ejus adhuc umbræ serviebant, cujus jam tenebant veritatem. Tota enim illa solemnitas Christi passionem et resurrectionem, et cætera, quæ de eo scripta sunt significabat. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Erant igitur simul JESU in solemnitate, qui totus erat causa solemnitatis. Permixtus turbis videbatur, ab omnibus in lege et prophetis prædicabatur, in sacrificiis significabatur, et à nemine cognoscabatur, quia duplici velamine tegebatur: indè velamine literarum, hinc carnis pariete: Undè scriptum est. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Ipse jugulabatur in agnis, immolabatur in vitulis, et in omnibus sacrificiis offerebatur. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Mater quoque ejus multa ibi lege, et prophetis cantari audiebat, quæ de ipsa dici intelligebat, et in se jam completa sciebat: qualia sunt ecce Virgo concipiet et pariet filium: itemque et egredietur virga de radice Jesso, et flos de radice ejus ascendet, et multa alia. Merito igitur per annos singulos veniebant, ubi suas laudes ab omni populo prædicari audiebant. Tu. Te Matrem.

Ad Bened. ant. Ibant parentes JESU per omnes annos in Jerusalem in die solemnè Paschæ.

Vesperæ à capit. sequentis.

DIE X. MARTI.

B. V. M. HYMNUS ACATHISTI.

Duplex.

Lect. I. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO I.

Colvener. Kalend. mar. p. 446. Sabbato quinta hebdomadis qua-

dragesimæ celebratur Constantino- poli hoc Beatæ Virginis festum propter varios ab Heracleo contra Cosroen pugnante victorias. Probat hoc festum longè, latèque Greiserus ex rituali Græcorum, in quo post multa sic legitur. Propter hæc igitur tam admiranda à castissimâ Dei Genitrice opera patrata præsentem diem festum celebramus. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Acatistos verò, quasi carens sessione dictus est: quòd totus populus totâ nocte stando hymnum Deiparæ concinuerit: quodque cum in omnibus aliis ædibus ex more sedere liceat, in istis divinæ Matris erecti omnes stantes auscultamus. De eâdem festivitate extat in Bibliothecâ Babaricâ Oratio hoc titulo: Oratio recitata die Acatistio. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Narratio utilis ex veteri Historiâ collecta, et in memoriam revocans inexpectatum illud miraculum factum, quando Persæ et Barbari regiam hanc Civitatem obsederunt, qui et perierunt divinam ultionem experti. Civitas verò illæsa permansit, intercessione Deiparæ, quotannis ex illo tempore hymnum gratiarum agendarum causâ concinit: diem illum Acatistium, quasi sessionis expertem nominamus. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Et reliqua. Hom. S. Amphilochii Iconiensi Ep.

Orat. in S. Deiparam.

Ave gratiosa, Dominus tecum. Ave desiderata nobis lætitia. Ave gloriatio Ecclesiæ. Ave nomen dulce spirans. Ave divinè fulgens, admodumque gratiosa facies. Ave perquam venerabile monumentum.

Ave vellus salutare et spirituale. Ave lumen induta Mater splendens nescientis occasum. Ave intemeratissima Mater sanctitatis. Ave pellucidissima fons vivifici lactis. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Ave sis incomprehensionis Mater inexplicabilis. Ave novus ille juxta Isaiam tomus scriptionis novæ, cujus fidi testes angeli, atque homines. Ave alabastrum illud unguenti sanctificationis. Ave sis bona mercatrix denarii virginitalis. Ave seu figmentum, sed quod florem habeat circumplecti. Ave sis minima capacitas illum capiens, quem nulla res capiat. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Quis porrò illius, qui scientiæ est antiquior, generationem enarrabit? Quid admiremur divinum et ineffabilem partum, an conceptum inexplicabilem? Non potest oratio completi quæ superant rationem. Non circumseribit animus, quæ sunt supra intellectum. Quanquam enim præsumit scriptor stylo exarare Matrem dispensationis: nullâ tamen ratione modum partus ediscere potest. Tu. Te Matrem.

Cum 2. Vesperis

DIE XI. MARTI.

B. M. V. DE VALLE-VENARIA.

Semiduplex.

Lectio 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Gononius in Chronic. Dcip. ann. 374.

Circa finem sexti sæculi Beatus Munio, insignis Anachoreta, penitentiam agens in montibus districtis divinitus jussus est inquirere imaginem Beatæ Virginis in Valle-veneris, signaque data ad pretiosum illum thesaurum inveniendum

fuertit fons de pede, seu radice quercus scaturiens, examen apum et fulgor mirabilis procedens de Imagine, quæ latebat in quercu. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Cum Munio revelationem cuidam Dominico socio suo Sacerdoti revelasset, ambo per concava vallium, per montium et scopulorum altitudines inquirere cœperunt. Cumque venissent ad quemdam locum inaccessibilem, ferro aliusque instrumentis fecerunt sibi viam: ingredientisque Imaginem Beatæ Virginis in concavo quercus, et signa, sicut Munioni Eremitæ fuerat revelatum, invenerunt. Manserunt ergò ibi angelicam plusquam humanam ducentes vitam. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Volens autem Deus thesaurum inventum manifestare mundo, fecit, ut sancti Eremitæ visitarentur à pluribus. Soror etiã Munionis, quæ dudum cæca erat, audiens, quæ de fratrum sanctitate dicebantur, venit absque læsione aliquâ per semetipsam ad locum prædictum: ubi meritis beatissimæ Virginis MARIE visum recepit. Indè multò magis hic locus celebrari cœpit. Tu. ꝯ.

Homilia de Comm. pro Semidupl.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Massiliensis de Guardiâ.

Guesnay. Annal. Massiliens.

Ecclesiam Beatæ Virginis de Guardiâ Massiliæ fundavit, et aliquot redditibus auxilium quidam Petrus nomine, civis Massiliensis, cui fundus montis de Guardiâ vectigales à censibus obnoxiostruderat Guillelmus secundus Abbas Sancti Victoris, conditione tamen interpositâ, ut ibi ædem Virgini Deiparæ sacram ex-

adificaret. Hanc literis apostolicis stabilivit, simul et privilegis ornavit Honorius tertius anno millesimo ducesimo decimo octavo. Cultum diva Virgo eo in loco ingentem accepit, tum à Massiliensibus, tum etiam ab exteris illuc ex toto ferè orbe confluentibus. Undè miraculis coruscant insignibus, ut ex appensis tabellis satis apparet. De Guardia indè cognominatur, quòd ex præ altà turri ibi exornatæ ac vigiliæ publicæ ad civitatis custodiam agerentur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Innocentio Papâ Tertio.
Monachus Vallisen. Sexta idus Mai. Pontif. an. 13.

480. Personas vestras cum omnibus bonis vestris, quæ in præsentiarum justè et rationalitèr possidetis, aut in futurum poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneant, et ea sub Beatri Petri et nostrâ protectione suscipimus. Tu.
Cum 2. Vesper.

DIE XIII. MART.

AMISSIO. PUERI JESU.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Antiph. et capitul. de Laudib.

HYMNUS 217. *S. Ansel. Ep.*
Dum Puer quoddecim Lucens.

Annorum moratur
In templo Jerusalem,
Matrem contristatur.

O quis novit gemitus
Virginis dolentis,
Suam Unigenitum
Triduo quærentis!

Cur sic ille fecerit,
Pè conquerentis?
Hoc dolore vulneres
JESU, cor lugentis.

O quàm sapè æssimo,
Dixit Mater Christi:

Heu meum solatium,
Cur me reliquisti?

Quo, mi Natè unice,
Heu quo tu ivisti?

Redi, precor, Fili mi,
Redi Matri tristi.

Parce, una Trinitas,
Unitas que trina:

Pater, Fili, Spiritus,
Majestas divina:

Parce qui creasti nos
Ne fraus semperina

Nos credentes opprimat,
In morte ruinâ. Amen.

Ad Magnif. ant. Ego plorans, et oculus meus deducens lacrymas, quia longè factus est à me consolator.

AD MATUTIN.

Invitator. Christum JESUM remanentem in Jerusalem: * Venite, adoremus.

HYMNUS 218. *Maerk.*

In Patris esse rebus
Cum nesciebas Filium,
Visa es tribus diebus
Pallere sicut lilium.

Clamans per angiportus,
Fili! replebas æthera:

Dictura plus, obortus
Dolor pramebat cætera.

Et tu, beata Trinitas,
Fac ut fruar favoribus,

Quos indidit Divinitas
Matris meæ doloribus. Amen.

IN I. NOCT.

De Canticis Canticorum.

LECTIO 1. 3. 2.

Surgam et circumibo civitatem: per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea: quæsi vi illum, et non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem: nunquam diligit anima mea vidistis? Adjuro, vos, filia Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntiatis ei, quia amore languo. Tu.

¶ O merore et anxietate plena

Dei Mater! * Audio singultus cordis tui, cerno lacrymas tuas. ¶ Fieri nè potest, ut dulcissimus Filius tantam Matrem, quam præ millibus elegit, tamdiu affligit?—Audio.

LECTIO 2. 5. 9.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quæ pulcherrima mulierum! qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos? Dilectus meus candidus et rubricandus, electus ex millibus, caput ejus aurum optimum: comæ ejus sicut elata palmarum, nigra quasi corvus. Tu.

¶ Quem in Ægypto inter idolatras salvum conservasti, * Amisisti inter populum electum, et quidem in civitate sanctâ. ¶ Tibi condoleo, tibi compatior, tibi cum lacrymo, nec adhuc satior.—Amisisti.

LECTIO 3.

Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lactæ, et resident juxta fluentia plenissima. Guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis: talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filia Jerusalem, Quòd abiit dilectus tuus, è pulcherrima mulierum? Quò declinavit dilectus tuus, et quæremus eum tecum? Tu.

¶ Fulcite me languoribus, stipate me doloribus, * Dolorè, amore languo. ¶ Quando tibi non cernitur tribus diebus pusio, quæ plaga, quæ confusio.—Dolorè.—Gloria.—Dolorè.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bonaventuræ Ep.

Meditat. vitæ Chr. c. 14.

LECTIO 4.

Consummatis diebus festis, recedentibus parentibus, JESUS in Jerusalem remansit. Cum ergò Mater et JOSEPH per diversas vias incedentes, venerunt in sero ad locum, ubi dieta explebatur, et ubi hospitari

deberent. Videns Domina JOSEPH sine Puero, quem cum ipso rediisse credebatur, quærit ab eo: Ubi est Puer? Et iste: ego nescio: non rediit mecum. Tecum enim rediisse credebam. Tu.

¶ Cæpit autem contristari ipse, et uxor ejus cum eo: * Et coeperunt ambo simul flere. ¶ Nolite flere, salvus perveniet Filius vester, et salvus revertetur ad vos, et oculi vestri videbunt illum.—Et coeperunt.

LECTIO 5.

Tunc illa dolore vehementi concussa, cum lacrymis dixit: non rediit mecum. Video, quòd non benè Filium meum custodivi: et velocitèr cæpit ire per domos, et quàm decenter potuit, illas serò circumibat, quærens de ipso et dicens: Vidistis vos Filium meum? Et vos vidistis ne Filium meum? et vix præ dolore et ardore se sentiebat. JOSEPH verò sequebatur eandem cum fletu. Tu.

¶ Flebat igitur Mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: * Heu, heu Fili mi, ut quid te misimus peregrinari! ¶ Omnia tamen in te uno habentes, te non debuissimus dimittere à nobis.—Heu, heu.

LECTIO 6.

Quo non invento, qualem requiem habere poterant? Tu ipse cogita, et maxime Mater, quæ ipsum arctius diligebat. Et licet à notis confortaretur, non tamen poterat consolari. Quid enim perdere JESUM? Conspice benè ipsam, et vehementer compatere, quia in angustia est anima sua: nunquam ex quo nata fuit usque tunc, fuit in tantâ. Tu.

¶ Illa autem nullo modò consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiciebat. * Et circumibat vias omnes, per quas spes remeandi vi-

debat, ut prociū videret eum, si fieri posset, venientem. γ. Heu, heu, Fili mi, ut quid te misimus peregrinari!—Et.—Gloria.—Et.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 41.

In illo tempore: Ibant Parentes JESU per omnes annos in Jerusalem, in die solemnī paschæ. Et reliqua.

Homilia S. Titi Bostorum Ep.

Expos. in cap. 2. Luc.

Nunquid, obsecro, quærebant eum tanquā qui perisset, aut ab itinere, ut solent pueri, aberrasset? Absit. Nequē enim sapientissimæ Virgini Matri, cui plurima jam ante de illius divinitate palefacta, compertaque erant, tale quippiam in mente venire potuit. Sed nec ipsi etiā JOSEPHO. Tu.

γ. Adjuvo vos, filie Jerusalem: si inveneritis quem diligit anima mea, * Nuntiate ei, quia amore languo. γ. Nunquid quem diligit anima mea vidistis?—Nuntiate.

Bened. Cujus Angustias.

LECTIO 8.

Quærebant autem illud, perinde ac si quis scripturam, vel additam Scripturæ cujuspiam sententiam quærat. Constat namque anxie ac dolentē illum inquirere: non quidem, ut errantem, aut falsam, aut fallentem, sed ut veram, mysticamque doctrinam continentem, needum tamen proditam. Ad eum ergo modum, et illi quærebant Dominum nostrum JESUM—Christum, solliciti enim erant, ne forsitan ab eis discessisset, ipsosve deseruisset. Tu.

γ. Quō abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quō dilectus tuus declinavit. γ. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, et quæremus eum tecum.—Quō.—Gloria.—Quō.

LECTIO 9.

Commemoratio Nostræ Dominae de Livron.

Uno milliari ab oppido Caylus in Diceesi Montalbanensi Sacellum est Deiparæ sacrum sub vulgari titulo de Livron, non minus beneficis ab ipsa collatis, quā fidei-um devotione percelebre. Ad tergum Imaginis ejus lignæ, vestibus indutæ, quæ in altari principe colitur, alia antiquior coloribus expressa conspicitur, et sub eā depictus mortifer draco, qui circa proximum antrum commorans, et quotquot ad ejus latibulum accedebant, interficiens, ipse ope Virginitis occisus occasionem dedit, ferunt, ut hoc templum extrueretur, et ad Liberationē nomen acciperet. Ingens fit ad hanc Deiparæ effigiem etiam dissitorum accursus: à circumstantibus verò pagis quolannis quoque solemnibus supplicationibus frequentatur. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphonæ.

1. Longè factus est * à me consolator meus: Quis nunc consolabitur me!
2. Filia Jerusalem * numquid quem diligit anima mea, vidistis?
3. Fuerunt mihi * lacrimæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi est Deus tuus?
4. Quæsvi * quem diligit anima mea, quæsvi illum inter cognatos et notos, et non inveni.
5. Plus doluit * Virgo de Filii amissione, quā aliquis Martyr dolorem sentiat de animæ à corpore separatione.

CAPITULUM. Cant. 3. 2.

Surgam, et circuibō civitatem: per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea: quæsvi illum et non inveni.

HYMNUS. 219. Caryophil.

Quærebas Puerum, Virgo Mostissima, JESUM. Quali animam gladio Transfodiente tuam?

Ille inter proceres Agilans arcana sedebat, Et responsa Deo digna Loquente dabat.

Sume futurorum Prælia, Virgo, dolorum Inferat ut summus Gaudia summa dolor.

Gloria summa Patri, Sit par tibi gloria, Nate: Gloria sit compar. Amen.

Ad Bened. ant. Puer non comparet, et ego quō ibo? Deficit in dolore vita mea; et cor meum conturbatum est in me,

Oratio.

Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut qui dolentes cum Beatâ Virgine MARIA, Filium tuum requirimus, cum ipsâ per gratiam illum invenire mereamur. Qui tecum.

Antiph. Longè. Capitul. Surgam. de Laud.

γ. γ. br. Quæ Filium tuum amissum dolens quæsvisti.

CANON.

Ex D. Thomâ Archiep. Valentino. In Dom. Infr. oct. Epiph.

481. Magna perditio perdere Salvatorem. Dolebat Virgo, quoniā totum celestem thesaurum Divinitatis et Majestatis amiserat. O qui hodiē sunt, qui perdunt JESUM, nec dolent! Tu.

IN II. VESPER.

Antiph. Capitul. et hymnus de Laudibus.

γ. Dilectus meus candidus et rubicundus.

γ. Electus ex millibus.

Ad Magnif. ant. Et requirebant eum inter cognatos et notos, et non invenientes reversi sunt in Jerusalem, requirentes eum.

DIE XIV. MARTII.

D. V. SAVONENSIS DE CONSORTIO

Semiduplex.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Gumpenb. Imag. 186.

Savonensis templi ruinosâ velustas coegit, ut casuros paulo post lapides ipsi diruerent, ut ampliore formam darent novo. Jamque anno millesimo sexcentesimo septimo nihil aliud supererat, quod curiosus inspector fortē de antiqui templi rudibus inveniret, præter unam rotundi operis figuram, duodecim adhuc pedes altam, in quâ Virginitas Imago erat depicta. Die decimâ quartâ Martii hæc quoque columna jussa est ab Arquitecto in terram dejici, sed cum nullus esset, qui cunctantes urgeret imperio, nemo sponte suâ primus manus ad moveri voluit, et Deiparam in figuram offendere. Tu. γ.

LECTIO 5.

Sed ecce oculis omnium expectantium visa est nullo ictu tentata muri crustra, digitum non amplius unum crassa à muro divelli totam secum Imaginem ferens, sex palmos altam, tres latam, non sine ingenti intentum lætitiâ: quam tamen penè totam metus abstulit, quo timebatur tenuissima muri pars obtitura in partes, ubi vel terram lapsa teligisset, vel manibus mutarari inconcinuitus fuisset tractata. Proximus autem operarum, abjecto ligone, in genua procidens brevibus verbis excusat Virgini necessariam temeritatem, rogatque suis manibus excipi dignetur. Hæc affa-

lus labentem crustam utroque brachio mollior excessit, looque decenti collocavit. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Ipsa columna licet loriceam suam amiserit, intacta permansit, et hodie in Sacello locum suum obinet, assertura posteris factum de veritate rei dubitantibus. Episcopus aris campani festo sono civos ad obsequia Virginis accivit, die altero supplicationem, qua potuit pompâ insituit, rogavitque cum omnibus Pastor Virginem, ut primum hoc non ultimum beneficium esse vellet, pro quo urbs Savonensis gratias ei deberet. Annui Beata Virgo, et enim Savonensis beneficium enumeravit, nec hodie cessant, uti nec urbs Savonensis cessat esse grata Deiparæ. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua.

Hom. S. Antipatris Bostrorum Ep.

Orat. de S. J. Bapt. et de B.

Dep.

Quanam autem est hæc Virgo, quæ Deo visa est preslantior universis potestatibus? Quanam ea est, quæ eum, qui capi non potest, continet in utero? Quanam ea est, quæ fert in ventre eum, ad quem non potest accedi? Quanam ea fuit, quæ intercessit, ut feno humanitatis admoveretur ignis divinitatis? Quis primi parentis renuntiavit uxori id quod nunc peragitur mysterium? Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Quis dicet, ab eâ, quæ fuerit olim condemnata, intus in ventre, scilicet, habitam fuisse indicem atque

præcursorem, quæque audivit: in dolores paries filios tuos: eam venisse, illum portantem qui nobis annuntiavit doloris solutionem? Papæ quantus honor, et quæ verbis exprimi non potest mutatio! (Lect. 9.) A paradiso separavit Deus primum creatum hominem, et ipsum cepit, quæ ab eo descendit. Qui pelles in paradiso consuit, legitur in utero. In quam primum parentem irâ percitus expulsi, in eam misericordiâ comotus adveclavit. Tu.

LECTIO 9.

Commemor. B. V. de Vallicellâ.

Spinelli p. 687.

Sancta MARIA à Vallicellâ Romæ in regione Parionis dictâ à situ aliquantulum depresso, vocatur et Ecclesia Nova, quòd de novo structa: hîem Ecclesia à puteo albo, qui ibi erat. Gregorius Decimus tertius Pontifex, anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, hoc templum antea exiguum Patribus congregationis Oratorii attribuit, qui in eodem loco aliud templum formâ, amplitudine, et ornatu salis conspicuum excitarunt. In hoc templo illud in Deiparæ honorem peculiare est, quod omnia etiâ ejusdem templi sacella ipsi Deiparæ dicata cernuntur, uno tantum excepto, in quo Sancti Philippi Nerii corpus decemter asservatur: et præcipue altare princeps, in quo devotissima Virginis Imago radiis undequaque circumfusa specialissimè colitur. Tu. Te Matrem.

Cum 2. Vesper.

DIE XV. MART.

D. V. CARNUTENSIS.

Simplex.

LECTIO 1.

Spinelli, Balinghem etc. Carnuti, cathedralis aedes magnifi-

CANON.

Ex Urbano Papâ Secundo. Ep. ad Cler. et pleb. Carnot.—Concil. Tom. 26. p. 624.

482. Nos quidem tam pro Beate MARIE semper Virginis devotione et reverentiâ, tam pro nostri officii debito, Ecclesiæ vestræ dilectionem, professionem et curam specialius impendimus. Tu.

Vesperæ de sequenti.

DIE XVI. MART.

INVENTIONS PUERI JESU.

Duplex majus

Ad Magnific. ant. Inveni quem diligit amica mea, tenui eum, nec dimittam.

Oratio.

Præsta, quæsumus Omnipotens Deus, ut qui gaudium Beate MARIE Virginis in Inventione PUERI JESU celebramus in terris, æterna gaudia perfruamur in caelis. Per eundem.

AD MATUTIN.

Invitat. Filium MARIE invenit in templo in medio Doctorum sedentem, Venite, adoremus.

HYMNUS 220. Caryoph.

Dum triduo querit puerum Virgo anxia JESUM, Quæ sunt æterni Querit et ipse Patris.

Quis Pater, et Mater?

Quid me, inquit, queritis ambo? Quis mihi prognato est Unus, et una Parens.

Tu mihi vera parens, Me dicto querere natum; Natus ego veri

Munia quero Patris.

Gloria summa Patri, Si par tibi gloria, Nate: Gloria sit compar, Spiritus alme, tibi. Amen.

centissima Deiparæ est posita à Christianis eo in loco, ubi ante Christi adventum, Druidæ Galliarum sapientissimi, eidem Deiparæ nondum nate aram sub terram profundè excavatam hæc inscriptione: Virgini parituræ: insignem dicarant, quemadmodum olim Athenienses Ignoto Deo aram struxerunt. Hanc speluncam versus annum, quadragesimum sextum à Christo nato Sanctus Potentianus Deiparæ dedicavit. ꝑ.

LECTIO 2.

Posteâ verò Ecclesiam Carnutensem Caroli Calvi regis liberalitate structam, postmodum à Fulberto Carnutensi Episcopo (cui ægro è sacro ubere lac Deiparæ præbere dignata est) renovatam largitionibus Canuti Angelorum Regis traditur. In ejus templi cryptâ puteus ostenditur, dictus Sanctorum fortium, in quem magnus Christianorum numerus, cum Christi fidem suscepissent, Quirino Proconsole, est præcipitatus. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Commemoratio Victoriæ Beate V. Carnutensis.

Balingh. Kalend. mar. die 15.

Mari.

Carnuti in Gallia festum Deiparæ in gratiarum actionem ob mirabilem victoriam, ejus ope obtentam contra hæreticos. Obsidebatur ab his Carnutum, quod in solius Virginis presidio spem suam collocarat omnem, quam irridentes hæretici, blasphemantibus jactabant non plus posse in eam civitatem MARIAM, quam olim Dianam Ephesi. At contrarium reipsâ expertos fidem fecit rei eventus, nam talis fuit vis Deiparæ in hostes, ut coacti sunt ab obsidione cessare, indeque magnâ suorum jacturâ atque infamiâ recedere. Tu. Te Matrem.

Lectio. 1. Noct. ut in die 13. Mart. p. 636. pp. de Comm.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
Homil. infra oct. Epiph.

LECTIO 4.

Indica mihi, dilectissima Domina mea, Mater Domini mei, quid tibi fuerit animi, quid stuporis, quid gaudii, cum dulcissimum Filium tuum Dominum JESUM invenires, non inter pueros, sed inter doctores, cum omnium oculos in ipsum intentos, omnium cerneres aures ad ipsum arrectas: cum de prudentiâ ejus et responsis pusilli et magni, docti pariter et indocti loquerentur? Tu.

¶ Et factum est post triduum invenerunt illum in templo, * Sedentem in medio Doctorum, audientem illos, et interrogantem eos. ¶ Gavisus est gaudio magno Mater videns JESUM.—Sedent.

LECTIO 5.

Inveni, inquit, quem diligit anima mea; tenebo illum, nec dimittam. Tene, ô dulcis Domina, tene quem diligis, et triduanam ejus absentiam multiplicatis deliciis recompensa. Fili, quid est, quod fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, et ego dolentes quarebamus te. Tu.

¶ Et dixit Mater JESU ad illum: * Fili, quid fecisti nobis sic! Ecce Pater tuus et ego dolentes quarebamus te. ¶ Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.—Fili.

LECTIO 6.

Iterum, Domina mea, dico tibi, quid dolebas? Credo non famem, non sitim, non inedia timebas Puerum, quem Deum noveras; sed tantum substractas vel ad modicum ineffabiles presentie ejus delicias querebaris. Tam enim dulcis est

Dominus JESUS gustantibus eum, tam speciosus ad videndum, tam suavis ad amplectendum, ut brevis ejus absentia maximi doloris materia sit. Tu.

¶ Fili, quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus, et ego dolentes quarebamus te. ¶ Quid est quod, me quarebatis? Nesciebatis quia in is, qua Patris mei sunt, oportet me esse?—Ecce.—Ecce.—Ecce.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 45.

In illo tempore: Factum est post triduum, parentes JESU invenerunt eum in templo. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

Serm. de Sept. Verb. B. M. V. art. 3. c. 1.

In nullo enim alio Scripturæ loco legitur eam vocasse filium, nisi in hoc quinto Verbo. Filius enim à filios, quod est amor denominatur, et in ore matrum gustum gerit teneri, ac præcordialissimi dulcoris: et maxime quando est tanta actalis, quanta est filiatio Dei. Porro omnis amoris signum superatur in hoc verbo, Fili. Lingua profectò in amore plus nequit, dicens, Fili. Nihil in amore brevius, nihil efficacius ad proferendum. Cum dicitur, fili, tota commoventur viscera matrum, cum prolem nomine filiali dominant. Non potuit amplius Virgo Mater continere affectum, cum in verbo expressivi amoris erumpit: non aliunde ipsum denominans, nisi quòd ipse sit Filius, ipsa Mater, nullam loquendi copiam plus apponere valuit, quàm filiale nomen. Tu.

¶ Congratulamini mihi omnes, qui diligitis me, * Quia inveni Filium meum, quem perdideram. ¶ In Domino gaudebo, et exultabo in JESU Filio meo.—Quia.

Bened. Cujus lætitiâ colimus.

LECTIO 8.

Et addit: quid fecisti nobis sic? Non increpantis, sed admirantis est verbum, ut mysticè insinuat, quòd cum Sponsus ab animâ abest, intelligentia admiratur in tali exercitio ordinem sapientiæ Dei, nec comprehendere potest altissimos modos sponsi in absentia et reditioe suâ, semper tamen multipliciter amorsos. Hanc autem admirationem quodammodò voluit sapientia Dei Christus Matrem suam experiri, et verbis propriis Virgini demonstrare, tanquàm promotor Matris, et exercitator in viâ amoris. Tu.

¶ Benedicite te, Domine Deus Israel: * Quia ecce ego video JESUM filium meum. ¶ Et glorificabant eum JOSEPH videlicet, et uxor ejus, et cœperunt ambo flere præ gaudio.—Quia.—Gloria.—Quia.

LECTIO 9.

Cum inquit: Ecce Pater tuus et ego dolentes quarebamus te: desert humilis Virgo viro, quem in loquendo præponit, seque præpulerat, quoniam omnium bonorum morum atque viriutem est norma, ut mulieres suis deferre maritis disceant, non tantum in aliis, sed etiam in seipone: mysticè enim gustus iste afflictivus est, et amarus, et excitativus, ac mentis promotivus in altivolo discessu amari ex perditione dilecti, quo anima tota ab ipso dependens, quiescere non potest, semper zelotypa, ne ex aliquâ culpâ discedat. Ex quo sequitur, quòd circuit quærens dilectum, ab omni creaturâ petit auxilium, ut inveniat quem diligit affectio, aliàs, anima sua. Hunc dolorem fuisse in eâ virtuosissimo modo Mater ostendit, cum ait: dolentes quarebamus te. Tu. Te Matrem.

Ad Bened. ant. Factum est post

triduum, invenit MARIA puerum JESUM in templo.

¶ *¶. br. Quæ amissum Filium in templo gaudens invenisti.*

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino. *Conc. in Dom. infr. Oct. Epiph.* 483. Mater tribus diebus reperit, David post peccatum tribus syllabis: Peccavi. Nam justus diu potest quærere, quem ardentè desiderat. Peccator, si non statim adsit, recedit. Tu.

Ad Magnif. ant. Fili, quid fecisti nobis sic? Pater tuus et ego dolentes quarebamus te.

DIE XVII. MART.

MAURYRI B. N. V.

Duplex 2. Classis.

Non prop. dicuntur de Comm. vult. Dolorosa.

IN I. VESPER.

HYMNUS 221. *Brev. Rom.*

Shabat Mater dolorosa
Juxta crucem lacrymosa
Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem,
Contristatam et dolentem
Pertransiit gladius.

O quam tristis et afflicta,
Fuit illa benedicta,
Mater Unigeniti.

Quæ morēbat et dolebat
Pia Mater, dum videbat
Nati pœnas incliti.

Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio.

Quis non posset contristari,
Piam Matrem contemplari
Dolentem cum Filio.

Pro peccatis sue gentis
Vidit JESUM in tormentis
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum
Morientem desolatum,

Dum emisit Spiritum.

Eja Mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris;
Fac, ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum,
Ut sibi complacem. Amen.

†. Tuam ipsius animam.
‡. Doloris gladius pertransiuit.

Ad Magnific. ant. Defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus, et dolor meus in conspectu meo semper.

Oratio.

Deus in cuius passione secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ Virginis et Matris MARIE doloris gladius pertransiuit: concede propitiis, ut qui Martyrium ejus venerando recolimus, passionis tuæ effectum consequamur. Qui vivis.

Completor. de Domin.

AD MATUTIN.

Invitor. Martyrium gloriosæ Virginis celebrantes: Christum pro nobis passum, venite, adoremus.

HYMNUS 222.

Stabat solutis lacrymis
Dilecta Mater Filio,
Cum cæderet innocens
Amor parentis filius.

Heu quantus eripit dolor!
Cum veste nudos textili
Artus vibrata lacteos
Strinxere nervo verbera.

Cum regis inditi caput
Horrente spinâ floruit,
Orbisque gessit Artifex
Inane sceptrum dexterâ.

Arctis ligatum nexibus,
Ut vidit ad necem trahi,
Manante sparsa sanguine
Sequens premit vestigia.

Clavis forantur ferreis
Ambo pedes, ambae manus:
Quanto fragore malleus

Pervasit aures Virginis?

Quis est homo tam ferrens,
Quem non dolor tantus premat,
Cum stante Matre, Filicus
Crucem cruce purpurat?

Te, summe JESU, poscimus,
Sicut tuus mundat cruor,
Sic nostra fac præcordia
Dolor: MARIE molliat. Amen.

Lectio. 1. Noct. de Conv. Vitæ dolorosæ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernani Abbatis.

In sign. magn.

LECTIO 4.

Martyrium Virginis tam in Simeonis prophetiâ, quam in ipsâ Dominicæ pastoris Historiâ commendatur. Positus est hic, ait sanctus senex de puero JESU, in signum, cui contradicetur: et tuam ipsius animam (ad MARIAM autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam, ô Beata Mater, animam pertransibit, alioquin non nisi eam pertransiens carnem Filii tui penetraret. Tu. †.

LECTIO 5.

Et quidem postea quam emisit spiritum tuus ille JESUS, ipsius planè non affligit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utique animam pertransiuit. Ipsius nimirum anima jam tibi non erat, sed tua planè inde nequibat avelli. Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris, ut plusquam martyrem non inmerito prædicemus, in quâ nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. Tu. †.

LECTIO 6.

An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille reverè pertransiens animam, et perlingens usque ad divisionem animæ et spiritus: Mulier, ecce filius tuus! Joannes tibi pro

Filio traditur, servus pro Domino, discipulus pro Magistro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransire hæc auditis, quando et nostra, licet sæxæ, licet ferreæ pectora sola recordatio scindit. Tu. †.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 34.

In illo tempore: Dixit Simeon ad MARIAM Matrem JESU: ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel. Et reliqua.

Homilia Sancti Hildephonsi Arch. Toletani.

Serm. 2. de Assumptione.

Si martyres martyrio coronati de albarum stolas suas, et candidas eas fecerunt in sanguine agni, nihilominus hæc beata et venerabilis Virgo candidior nive prædicatur: eo quod etsi corpora martyrum pro Domino supplicia pertulerunt, nihilominus hæc admirabilis Virgo in animâ passa, teste Domino, comprobatur: ait enim Simeon, vel Dominus ad eam. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Tu. †.

Benedict. Cujus Martyrium.

LECTIO 8.

Quod si gladius usque ad animam pervenit, quando ad eum stetit, fugientibus Apostolis, cum videret Dominum pendentem, etiâ plusquam Martyr fuit, quia in animo non minus amoris, quam meroris est intus gladio vulnerata. Parata enim stetit, si non deesset manus percussoris. †.

LECTIO 9.

Beata Dei Genitrix plusquam Martyr fuit, quæ nimio amore vulnerata, testis extitit Salvaloris, et pro

merore in animo cruciatum sustinuit passionis. Propterè igitur, quia hæc Virgo et Mater ineffabilis est, donis in presentiarum munerata, privilegii sublimata divinis credere oportet, quod hodie omnimodè celesti illustratur gloria, ut nullus in terris possit dignè laudabilis venerari. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

HYMNUS 223. *Br. Rom.*

Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.

Tui Nati vulnerati
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum divide.

Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vivero.

Juxta crucem tecum stare
Et me tibi sociare
In plancu desidero. Amen.

‡. Regina Martyrum. †. Ora pro nobis.

Ad Benedict. ant. Beata Virgo, quanto plus amavit, tanto plus doluit, tantoque ipsius martyrium gravius fuit.

Ad horas omnia de comm. vitæ dolorosæ.

‡. †. br. Quæ Regina Martyrum digna fuisti.

CANON.

Ex S. Hieronymo Presbytero.
In *Serm. B. V. Flor. Patrum.*
p. 439.

484. MARIA, quia mente passa est, plusquam Martyr fuit: nimirum et ejus dilectio amplius fortis quam mors: quia mortem Christi suam fecit. Tu.

IN II. VESPER.

HYMNUS 224. *Brev. Rom.*

Virgo virginum præclara,
Mibi jam non sis amara,
Fac me tecum plangere.

Fac ut portem Christi mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolare.

Fac me plagis vulnerari,
Fac me cruce inebriari
Et amore Filii.

Flammis ne urar succensus,
Per te Virgo sim defensus
In die Iudicii.

Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.

Quando corpus morietur,
Fac ut animâ donetur
Paradisî gloria. Amen.

ŷ. Ora pro nobis, Virgo dolo-
rissimâ.

ŷ. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Ad Magnific. ant. Torcular cal-
cavi solus et non erat vir mecum:
solûm una mulier, quæ juxta cruce-
m meam stabat, omnia vulnera,
quæ ego suscepi in corpore, sus-
cepit in corde.

DIE XVIII. MART.

OCCURSUS B. M. FILIO PORT. CRUCEM.

Duplex.

*Non propria dicuntur de comm.
Vite de lorosæ.*

Oratio.

O bone JESU, pulchritudo Ang-
gelorum, qui etiâ in carne as-
sumptâ visus es speciosus formâ
præ filiis hominum, ac tandem pro
nostrâ salutē ad mortem festinans,
à Matre Sanctissimâ conspectus sine
specie, et sine decore, quæsumus
per tuum in eam amorem, ut nos-
bis dolores illius commemorantibus,
suorum gaudiorum tribuas
participationem. Qui vivis.

AD MATUTIN.

HYMNUS 225. *Maerkel.*

En feri trabale lignum,

Die XXVIII. Martii.

Flagrisque JESUS icitur,
O Mater! ecce sigum,
Cui porro contradicitur.

Eheu cruce ferenti
Corpus pluit cruoribus,
Et cor tibi parenti

Submergitur doloribus.
Et tu, beata Trinitas,
Fac, ut fruar favoribus,

Quos indidit Divinitas
Matris meæ doloribus. Amen.

*Lect. 1. Noct. de eodem comm.
cum pp. sequentib.*

ŷ. 1. Fulcite me languoribus,
stipate me doloribus, * Amore JE-
SU langueo. ŷ. Ne quære, quare
langueo dolore. Amore.

ŷ. 2. Duo MARLE lumina instar
duorum fontium spargunt amoris
flumina, * En fronte sub fenestrâ
amoris humor enilet. ŷ. Plue san-
guineis lacrymis anima! Age me
dolor, ô dolor! examina. En fronte.

ŷ. 3. Sequebantur JESUM mul-
ta turba populi et mulierum, * Quæ
plangebant et lamentabantur eum.
ŷ. Dolor his lacrymis meus elicitur,
meus his lacrymis amor afficitur.—
Quæ.—Gloria.—Quæ.

IN II. NOCT.

Sermo D. Georgii Nicomædiensis.

Serm. 8. in S. M. assist. cruc.

LECTIO 4.

Quis enim vero ejus viscerum de-
passentem flammam cogitaverit,
quo tempore Filium ad spontaneam
precedentem mortem constans ad-
spectabat? Ut, inquam, velut ag-
nus innocens, Dei ille Agnus decer-
retur, ut velut reus traheretur,
ipse qui tollit peccatum mundi, ut
leni patientiâ homicidarum ferret
audaciam; quàm leniter ad eos ha-
beret; quàm dulcissimo intueretur
aspectu; quàm blandè alloqueretur;
quàm impositam sibi crucem
imperturbatè suscepisset. Tu.

ŷ. O mestiam et afflictam Ma-

Die XIX. Martii.

trem! O fatalem occursum! * Vi-
disti ne unquam, dulcis Virgo,
tuum Filium in tantis doloribus?
ŷ. Sub trabali cruce gemens, fra-
ctisque viribus cadens it in calva-
riæ locum.—Vidisti.

LECTIO 5.

Priusquàm enim Simeon ille Cyræ-
neus iis occurreret, qui opus urge-
bant, docet Scriptura fuisse ei cruce-
m impositam. Sic quoquè mulie-
rum, quæ unâ comitabantur, plange-
bantque, lacrymæ vehementerem
et dolorem incusserunt: haud
quaquam vero illæ, sed Dominus
lenissimus ille ad eas sermo: Filia
Jerusalem, nolite flere super me.
Tu.

ŷ. Agnosce, Virgo, faciem tui
Unigeniti cruore oppletam, spitis
fœdatam, alapis lividam? * Respice
in faciem Christi filii tui. ŷ. Ipse
cum innocente Isaac lignum ad
locum sacrificii portat.—Respice.

LECTIO 6.

Quàm voce hæc cor MARLE imma-
niter decerptum est! Quàm totum
concessum in quam grande, im-
potensque incendium ardoris ejus
flamma erupit! Quis enim auditus
verbis ejusmodi non fuisset molli-
or? Non fuisset motus ad miseri-
cordiam, tametsi saxos valdè ac
inflexibiles? Tu.

ŷ. Sequar te, Fili mi, quocum-
què ieris: * Quis mihi tribuat ut
moriar pro te! ŷ. Tua cruenta ves-
tigia lambens devotè sequar te,
Fili mi.—Quis.—Gloria.—Quis.
*Homilia de Comm. Vite dolor.
pro duplicib.*

ŷ. Ex vestigiis Filii mei cog-
noscebam incessum ejus: * Quò
enim procedebat, apparebat terra
infusa sanguine. ŷ. Mæstissima Ma-
ter mæstissimo Filio occurrit.—
Quò.

ŷ. Heu! quò properas, quò ve-
ris Mater? * Cruciatu meo crucia-
beris, et ego tuo. ŷ. JESU fili mi,
Fili mi JESU, quis mihi tribuat,
ut pro te moriar!—Cruciatu.—
Gloria.—Cruciatu.

LECTIO 9.

Comm. B. Virginis de Laghetto.

Ex Pougeto, in Histor. Deiparæ.

Antiquissimum Sacellum Beate Vir-
ginis de Laghetto in Liguria, tribus
à Niciensi urbe leucis, fere ruinâ
collapsum, anno millesimo sexcen-
tesimo quinquagesimo secundo fuit
restauratum, ac in eo devotissimâ
Imago Virginis locata, quæ statim
cepit miraculis clarescere. Tres vero
post annos, fidelium elemosinis
novum templum cum Hospitio fuit
structum, viaque commodior aper-
ta, depressis moribus, ad Sacel-
lum, cui tandem anno septuagesimo
quarto ejusdem sæculi Carmeli-
tarum oronobium est adjunctum.
Plures Sabaudia Principes hanc
Imaginem invisentes ingentibus di-
tanti muneribus, à quibus spo-
liata in Gallicanis revolutionibus
cum fuerit, nova fidelium pietas
ei obtulit, et quotidie nunc offert.
Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

DIE XIX. MART.

SOLEMNITAS

SS. SPONSI B. M. V.

Duplex 2. Classis.

IN I. VESPER.

Antiph. et Cap. de Laudib.

Psalmi de Solemnit.

HYMNUS 226.

Matris intactæ venerande Conjux,
Testis et custos nivei pudoris,
Quid Deo plenam meditaris anceps
Linqere Sponsam.

Anxium cœlo tibi missus ales
Firmat. Hinc Virgo tibi vitâ major:

Mente sedatâ, modò nasciturum
Numen adoras.

Vix Puernatus, venit ecce præpes
Nuntius Patri: fuge, dixit, Infans
Quæritur, Matrem Puerumque
lutas

Transfer in oras.

Tu nihil contra per opaca noctis
Protinus Matrem Puerumque trans-
fers:

Dirigit gressus, aperitque calles,
Dum silet Infans.

Ora mox solvet, Solyas per
urbes

Quem dolens quæres, comitante
Matre,

Hunc senes inter Puerum stupebis
Mira loquentem.

Nostra te summum celebrent Pa-
rentem

Ora, te summo Genitum parente:
Par sit amorum tibi laus per
omnes,

Spiritus, ævum. Amen.

ÿ. Ora pro nobis Sancte Pater
JOSEPH.

ÿ. Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Ad Magnif. ant. Ave JOSEPH
juste, filii David, vir MARLE, de
quâ natus est JESUS, qui vocatur
Christus.

Complet. de Doman.

AD MATUTIN.

Invitat. Laudemus Deum no-
strum, * Ia veneratione Sanctissimi
Sponsi Virginis MARIE.

HYMNUS 227. *Brev. antiq.*

Sublimis es quàm tu prociil
Supra vicem mortalium!
JOSEPH, cui nec sunt pares
Sortis decore cœlites.

Tu pane vescentem tuo
Regis, tu eris, educa:
Quo providente jugibus
Cibus aluntur omnia.

Conjux pudicæ Virginis,
Dum Mater illa fit Dei:

Infans Deus quidni sum
Te jure Patrem nominal.
O par beatum Conjugum!
O amplior cœlo domus,
Æternus in quâ se Deus
Matri, Patrique subdidit.

Doxolog. de Tempore.

IN I. NOCT.

Ant. 1. JOSEPH nunc cum MA-
RIA super choros angelorum præ-
nuntiat.

2. Vir caput est mulieris: caput
MARLE erat JOSEPH.

3. Vovit MARIA Virginitatem,
vovit et ipse JOSEPH.

ÿ. Faciamus Virgini MARLE.
ÿ. Adjutorium simile sibi.

LECT. 1. *Noct. ut in die 23.*
Januar. p. 563.

ÿ. Missus est Angelus Gabriel
à Deo ad Virginem desponsatam
viro, * Cui nomen erat JOSEPH,

et nomen Virginis MARIA. ÿ. De-
sponsata erat Virgo benegnissima
justo, ac sapientissimo viro, totius
Trinitatis consilio. Cui.

ÿ. JOSEPH, noli timere acci-
pere MARIAM conjugem tuam, *
Quod enim in eâ natum est * de
Spiritu Sancto est. ÿ. Ecce Virgo
concipiet et pariet Filium. Quod.

ÿ. Nonne hic est JESUS Filius
JOSEPH, * Cujus nos novimus Pa-
trem et Matrem. ÿ. Invenimus JE-
SUM, Filium JOSEPH à Nazareth.
Cujus. Gloria. Nonne.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Si JOSEPH est vir MA-
RLE, est et Pater Domini.

2. Fecit me Dominus quasi
patrem regis, et dominum uni-
versæ domus ejus.

3. Tu eris super domum me-
am, et ad tui eris imperium cun-
ctus populus obediet.

ÿ. Erat JOSEPH pulchrâ facie
ÿ. Et decorus aspectu.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Homilia 2. super Missus.

LECTIO 1.

Quis et qualis homo fuerit beatus
JOSEPH, conjice ex appellatione,
quâ, licet dispensatoriâ, meruit
honorari ad eò, ut pater Dei et di-
ctus, et creditus sit: conjice et ex
proprio vocabulo, quod augmen-
tum non dubitas interpretari. Si-
mùl et memento magni illius quon-
dâm Patriarchæ venditi in Ægyp-
to, et scito ipsius istum non solum
vocabulum fuisse sortitum, sed et
castimoniam adeptum, innocentiam
assecutum, et gratiam. Tu.

ÿ. Ascendit JOSEPH à Galileâ
de civitate Nazareth, * In Judæam
in civitatem David, quæ vocatur
Bethleem. ÿ. Ut profiteretur cum
uxore sibi desponsatâ pragnante.
—In Jud.

LECTIO 3.

Si quidè ille JOSEPH fraternâ
ex invidiâ venditus, et ductus in
Ægyptum, Christi venditionem
præfiguravit: isto JOSEPH hero-
dianam invidiam fugiens Christum
in Ægyptum portavit. Ille Domino
suo fidem servans, Dominiæ noluit
commiseri: iste Dominam suam
Domini sui Matrem, Virginem ag-
noscens, et ipse continens fidelitèr,
custodivit. Illi data est intelligentia
in mysteriis omniorum: isti datum
est conscium fieri atque participem
cœlestium sacramentorum. Tu.

ÿ. Et venerunt Pastores festi-
nantes, et viderunt MARIAM et
JOSEPH, et * Infantem positum in
præsepio. ÿ. JESUM, qui putaba-
tur Filius JOSEPH.—Infant.

LECTIO 6.

Ille frumenta servavit non sibi, sed
omni populo: iste panem vivum è
cœlo servandum accepit tam sibi,
quàm toti mudo. Non est dubium,

quoniam bonus et fidelis homo fuerit
iste JOSEPH, cui Mater desponsata
est Salvatoris. Fidelis, inquam,
servus et prudens, quem constituit
Dominus suæ Matris solatium, suæ
carnis nutrimum, solum deniquè in
terris magni consilii coadjutorem
fidelissimum. Tu.

ÿ. Surge, et accipe Puerum, et
Matrem ejus, et fuge in Ægyptum:
* Et esto ibi usque dum dicam tibi.
ÿ. Herodes enim quærit tuum
ad perdendum eum.—Et esto.—
Gloria.—Surge.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Ipse JESUS erat inci-
piens quasi annorum triginta, ut
putabatur filius JOSEPH.

2. JOSEPH vir erat MARLE,
de quâ natus est JESUS, qui vo-
catur Christus.

3. Fili, quid fecisti nobis sic?
Ecce Pater tuus et ego dolentes
quærebamus te.

ÿ. Justus germinavit sicut li-
lium.

ÿ. Et florebit in æternum ante
Dominum.

Lectio S. Evangelii secundum
Joannem.

LECTIO 7. c. 1. 18.

Cum esset desponsata Mater JESU
MARIA JOSEPH, antequàm con-
venirent, inventa est in utero ha-
bens de Spiritu Sancto. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Homil. 2. sup. missus.

Dicitur JOSEPH fuisse de domo
David. Verè enim de domo David:
verè de regiâ stirpe ascendit vir
iste JOSEPH, nobilis genere, men-
te nobilior. Planè filius David, non
degenerans à Patre suo David.
Prorsus inquam filius David, non
tantum carne, sed fide, sed sancti-
tate, sed devotione: quem tanquam
alterum David Dominus invenit se-